



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Octonarius quintus. He. Legem pone mihi, Domine, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

*His animum admoueo, qua tu testatus es ipse,*

*Tu me confundi ne patiare, Deus.*

*Tunc vitam institui plantis decurrere rectis,*

*Auxilium mihi cum praesidiumq; feres.*

O<sup>c</sup>ttonarius quintus.

H E.

Legem pone mihi, Domine, &c.

**E**sto via, Deus ô, monstrator, dirige gressus,

*Tollere quo possim nomen honore tuum.*

*Vt seruem leges, me doctis instrue verbis:*

*Vt seruem toto corde statuta, doce.*

*Preceptisq; tuis me tanquam ducito scalis,*

*Cor capit hinc quoniam gaudia vera meum.*

*Hoc age, ne pectus corrumpat auaracupido,*

*Neue aliud sitiam, quam tua iura sequi.*

*Auertasq; meos oculos, ne turpis cernant,*

*Sed me viuifices lege viaq; tua.*

*Fac tuus ut magnificiat tua verba minister,*

*Vt te non facta mente fidelis amem.*

*Prospice, ne opprobriū turpis me infamiatur-*

*Nam iucunda mihi sunt tua iudicia. (bet:*

Hh            Ecce,

*Ecce, Pater, tua iura sequor, tuaq; expeto iussa:  
Iusticiam inde tuam me recreare sine.*

O<sup>c</sup>ttonarius sextus.

V A V.

*Et veniat super me misericordia &c.*

**F**Ac mihi contingat tua gratia prasidiumq;  
*Sicut promittis tempus in omne tuis.*

*Ut me ludibriis agitantes spernere possim,  
Suffultus verbi viribus ipse tui.*

*Ne, rogo, destituar vero sermone salutis,  
Nam mihi solamen sunt tua iura, pater.  
Sectariq; tuae, certum est, vestigia legis,  
Et parere tibi tempore perpetuo.*

*Hoc mihi restituit languentis pectoris omnes  
Vires, cum leges discere pergo tuas.*

*Non ego confundar cum regibus atq; monarchis,  
Tradita voce tua, mystica verba loquens.*

*Namq; tuis iussis recreatus, gaudia carpo:  
Et tua iura sequens diligo corde pio.*

*Ad tua verba manus, aures & lumina tollo,  
Quæ colo, quæ veneror; quæ meditorq; lubens.*

O<sup>c</sup>to